

1581

d. 13. Mars

EX POLONIA 13. Martij
Anno 1581

(1)

Stephanus Rex noster maximas denas facit apparatus
ad bellum Moscoviticum proseguendum, quod iam in
publicis hysce Comitibus Warsouicis plane decretum est.

Moscus Legatum suum cum Edimio & Superbo comitatu
in Comitibus habuit tractanda pacis causa. Is ad bellum
redimendum obtulit quatuordecim Civitates & arcas in
Liuonia relictis etiam ceteris, quae Rex à Mosco hactenus
occupavit sed Rex alia conditione pacem facere non
vult nisi Moscus tota Liuonia cedat, quod utiq; tam leni,
 Rex facturus non videtur.

Vulgatus est rumor primam novi huius belli expeditionem
aduersus urbem Plescouiam institutum iri. Quod si verum
est hic utriusq; partis fortuna tenacius haerebit. Est enim
vrbis fossa valloq; regio munita, distat a munitiombus
Velki luca, quam Superiori aestate Rex noster cum omnium
propugnatorum interuentione expugnauit, miliaribus
sex & triginta

Aiunt quod Mosci filius natu maximus sceptor, nos
Fridericum dicimus, in vrbis sit praesidio, cum arma-
torum quadraginta millibus, praeter Cives & incolas
quorum promagnitudine vrbis eius non exiguum opor-
tet esse numerum, atq; is plane dicitur belli fortunam
ibidem periclitaturus. Capta enim Plescouia, Moscus
omni Liuonia excluderetur.

Est inde ad sinistram partem deflectens Nouogardia
magna quae totidem miliaribus a Velkikua distat. Vrbs
opulenta, perampla, & mercimoniorum commoditate
celebris: sed non satis munita. In hanc nonnulli primam
belli molem erupturam auctumant eum propter Comitus
Copiam tum propter militem praeda exatandum si cito in-
prouiso Nouogardensis opprimerentur.

Mirum est dictu quam sint Mosci genus hominum pertinax
& vita prodigum in defendendis munitionibus suis usque
ad extremum spiritum: sed ad bellum in acie in campo, in
aperto gerendum, nullus nunc usquam apparet exercitus: sed
ubique fuge, consternatio omniumque rerum desperatio.
Idcirco magis mirum, quod Rex noster a Regni sui fini-
bus, iam centum quinquaginta circiter miliaria in Mosco-
uia mediterranea praesentancis admodum fructuosa, cum
exercitu suo, citra quoduis, praeterquam sibiluarum impedi-
mentum progressus sit. Euentus rei in manu Dei. Bene
ac feliciter valere te cupio. Gedani die XIII Mensis
Martij Anno 1585